Quelle: https://manuscripta.at/?ID=388
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



297

dm.? Q uom sum israel si non uidem? Ast quedam uisio huius temporis. erit alia
uisio futuri temporis. Visio quam per fidem est uisio. quam futura est per speem erit. Si cre
dimus uidemus. si amamus uidemus. Quo uidemus? Deum. Ubi est ipse ds? Interro
go iohnem. Deus karitas est. Benedicamus nomen eius semper. & gaudeamus in do.
si gaudemus in karitate. Quis ergo habet caritatem. ut quod illum minimum longe ut
uideat dm? Conscientiam suam attendat. & ibi uidebit dm. Si autem karitas
ibi habitat. ds ibi habitat. Vult illum forte uidere sedentem in celo. habe
at karitatem. & in illo habitat sicut in celo. Ergo sum israel. & letemur in eo quod
fecit nos. Letetur israel in eo quod fecit eum. In eo quod fecit eum letetur. non in arrio. non in
donato. non in cecilliano. non in myceliano. non in augustino. in eo letetur. quod fecit
eum. Nos fres non uobis commdamus nos ipsos. sed commdamus uobis dm. quia com
damus uos deo. Quomodo commdamus uobis dm? Vt diligatis illum bono ue
stro. non bono ipsi. quia malo uero cum non diligitis. non malo ipsi? Non enim min
habebit ds diuinitatem. si homo in illo non habeat caritatem. Tu ereseis
ce deo non ille crescere. & tu tantum nos dilexit prior ante quam eum diligeremus. ut
filium suum unicum mitteret mori pro nobis. Qui fecit nos. factus est inter
nos. Quomodo nos ipse fecit? Omnia per ipsum facta sunt. & sine ipso factum est no
thil. Quomodo factus est inter nos? Et uerbum caro factum est. & habitauit in nobis.
Ergo ipse est. in quo debemus letari. Nemo homo sibi arrogare partes ipsi. ab
ipso est letitia quod nos facit felices. LETETVR israel in eo quod fecit eum. &
filii syon exultent in rege suo. Ipse est israel. filii ecclesie sunt. quia syon fuit quidem
una ciuitas quae ceciditt. In ei reliquis habitat quidem sed tempaliter. sed syon
uera. uerbum uera. quia ipsa syon quae ierusalem etna est in celis. quae est mater nostra. Ip
sa nos genuit. ipsa est ecclesia [illegible] seculorum. ipsa nos nutriuit ex parte pegri
na. ex magna parte immanens. Ex parte quam immanemus in celo. beatitudo est
angelorum. ex parte quam pegrinatur in hoc seculo spes iustorum. De illa dictum est. gloria in
excelsis deo. de hac dictum est. & in terra pax hominibus bone uoluntatis.
Qui gemunt in hac uita gemunt. & desiderant illam patriam. cursum dilectione. non pedi
bus corporis. non quaerat naues. sed pennas. duas alas karitatis apprehendat. Que
sunt due ale caritatis? Dilectio dei & proximi. Pegnamus eum. suspiramus. gemimus.
Veniet ad nos iuste de patria nostra. ipsas uobis reentam. Letetur israel in eo quod fecit eum.
& filii syon exultent in rege suo. Quid audistis israel. hoc est filii syon. Et quid
audistis in eo quod fecit eum. hoc est in rege suo. Filii dei quia fecit nos. factus est inter nos.
& rex nr regit nos. creator nr fecit nos. Ipse est in p. quem factus sum. qui est p.
qm regnum. & io xpiam. qa ille xpe a crisma dictus est. id est ab unctione.